



zu 005

O. i. 840 (1-101).

# THESES DE PACTIS

QVAS DEO FAVENTE AVCTORITA-  
TE ET PRVDENTIA, CLARISS. AC CONSVLTISS.  
virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Io-  
annis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent. Di-  
ctatoris & Fisci, in celeberrimo Acade-  
miæ Coloniensis publico iu-  
ris Collegio disputan-  
das proponit.

*7. Idus Februarias. Anno à nato Do-  
mino CIO. IO. LXXXI.*

PETRVS LINDEN  
VENLONENSIS.



COLONIAE AGRIPPINAE H  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



## CONTINUATIO.

**N** ius vocatus, si interim de re conueniat, dimitti debet, (a) eadem ratione qui iudicio sisti cauit, nec stetit, absoluitur, (b) post editum libellum, ideo reo inducia dantur, ut possit amicè prius cum aduersario conuenire, (c) hæc de transactionibus tractandi occasionem dederunt, & consequenter de pactis in genere antè. (d)

(a) l. 22. de in ius voc. l. 1. §. vlt. qui sat. cog. (b) l. 2. qui caut. (c) Nou. de exhib. & introd. reis 53. §. sancimus (d) transactio enim pactum est non contractus, Borcholt de pact. cap. 1. num. 8. Cuius. 10. obs. 30. & ff. & C. h. t.

## THESIS I.

**P**actum siue pactio, quouis tandem nomine appelletur, (a) à conuentione ut à genere differt (b) ac definitur, duorum pluriùmve in idem placitum consensus. (c)

(a) Cuius. ad l. 1. in prin. h. t. & 2. obs. 15. (b) contra Donell. ad rubr. C. h. t. nu. 19. & VVet. ff. h. t. nu. 2. (c) l. 1. ibi Cuius. h. t. l. 1. De pollic. Cuius. ff. & C. h. t.

### II.

Pactum omne iurisgentium est, (a) sed quod à solo iuregētium dependet generis nomē retinet; quod verò iure civili, id est, lege, Senatusconsulto, constitutione principis, vel edicto Prætoris confirmatum est, legitimū dicitur: (b) huiusmodi pactum est super actione iniuriarum & furti, (c) pactum donationis, (d) constitutum, (e) hypotheca, (f) & quædam alia, (g) quæ & actionem producant, (h) atque etiam ipso iure tollunt. (i)

(a) Cuius. ad prin. l. 1. h. t. (b) quod enim legitimum idem plerunque & iurisgentium arg. §. venditæ. Inst. de rer. diu. Cuius. ad l. 6. h. t. (c) l. 7. §. nam & de furt. l. 17. §. quædam. h. t. (d) l. 35. §. vlt. C. de dona. (e) §. de constituta Inst. de act. l. 1. & tot. t. t. de const. pec. (f) l. 1. de pig. act. d. l. 17. §. de pignore h. t. l. 23. C. de pigno. (g) latè Borcholt h. t. cap. 2. in secunda diuis. (h) d. l. 6. h. t. (i) d. l. 17. §. quædam. h. t.

### III.

Legitimorum pactorum certus est numerus, iurisgentium infinita sunt, (a) eaq; iure civili effectum nullum habent: (b) sed quod fidei humane congruum sit, ea que semel placuerunt seruare, (c) ideo prætor datis exceptionibus ista tuetur, ait enim: pacta conuenta que neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, Senatusconsulta, edicta principum, (adde neque aduersus ius prætorium) (d) neque quo fraudi cui eorum fiat, facta erunt, seruabo. (e)

(a) Cuius. ad prin. l. 1. h. t. & Inst. de verb. obl. (b) Idem ad pr. d. l. 1. (c) d. l. 1. ibi Cuius. h. t. l. 1. de const. pec. l. 11. in pr. de act. em. (d) Donellus in l. 6. nu. 17. C. h. r. per l. 112. §. pen. de lega. 1. (e) l. 7. §. ait prætor. h. t.

### IIII.

De hoc edicto Iurisconsultos secuti tractemus, vbi distinguendum ante omnia est, Inter pactum in rem & in personam, (a) In rem, quoties generaliter paciscitur debitor ne petatur,

petatur, (b) In personam, quoties specialiter, ne aut a se petatur, aut ne ipse creditor petat, (c) vtriusque differentia nō tam ex verbis, quam ex mente contrahentium colligitur, (d) in dubio tamen in rem conceptum esse praesumitur. (e)

(a) d. l. 7. §. pactorum: & ibi Cuiac. ac Duar. l. 40. h. t. Vulteiur Jurisp. Rom. lib. i. cap. 29. Cuiac. 18. obs. cap. 2. (b) allegati d. loc. (c) fac. praeter dicta l. 57. §. i. h. t. (d) d. l. 7. §. vtrum. h. t. (e) arg. l. 9. de probat. l. 8. §. si debitori. Quib. mo. pig. l. 3. C. de cont. stip. Costa. & Duar. in d. §. pactorum. Borcholt d. lo. cap. 2. de tertia pactorum diuis. num. 22.

## V.

In primis verò de personis paciscentium videndum est, (a) qui autem pacisci possint cognoscemus, si recensuerimus qui non possint, (b) non possunt autem quibus consensus deest, (c) v. g. infans, (d) furiosus perpetuò, (e) nam cuius furor interualla habet, tempore intermissi furoris paciscitur rectè, (f) colligitur verò id ex ipso actu, (g) eadem ratione nec mente captus paciscitur. Item prodigus facta interdictione, (h) qui tamen conditionem suam meliorem facere potest, (i) & ebrius. (k)

(a) arg. §. vlt. Inst. de iur. nat. & c. l. 4. Qui test. fac. (b) arg. §. i. Inst. de his qui sui vel al. §. i. de tut. l. 1. §. stipulationum. de praet. stip. (c) arg. d. l. i. in pr. h. t. (d) §. pupillus Inst. de inut. stip. (e) arg. l. 5. & l. 40. de reg. iur. l. 2. C. de contr. em. §. furiosus. Inst. de inut. stip. (f) arg. d. l. 2. C. de contr. em. §. furiosi. Inst. Quib. non est perm. fac. test. (g) arg. l. 12. in fin. de tut. & curat. dat. ab his Borcholt cap. 3. n. 6. (h) l. 6. ibi Cuiac. de verb. ob. l. 1. l. 10. de cur. fur. Borcholt d. cap. 3. nu. 9. & seqq. (i) d. l. 6. de verb. ob. l. 9. §. sed etsi ei. de reb. cre. (k) arg. c. sanè 15. quaest. i. c. venter. 35. dist. Borcholt d. cap. 3. num. 13.

## VI.

Quin & ex ijs qui consensum habent pacisci prohibetur pupillus, (a) qui tamen si infantiā excesserit, rectè paciscitur, ne à se petatur, (b) Itē filius, si paciscatur ne ipse petat vel agat, (c) nisi quo casu actionē habeat, (d) aut liberā habens perulij administrationē non donandi animo paciscatur, (e) aut pecuniam paternā credens credendi tempore, (f) aut conditionale legatum remittat, cuius conditione existente sui iuris sit, (g) in stipulatione conditionali idem non obtinet, (h) aut filia, ne de dote agat cum sui iuris esse ceperit. (i) Seruus nec ne à se petatur pacisci potest, (k) sed hoc casu doli exceptio datur, (l) generaliter vero potest, (m) planè ne ipse petat omnino non potest. (n)

(a) l. 28. h. t. (b) d. l. 28. in pr. §. pupillus Inst. de inut. stip. (c) d. l. 28. §. si filius (d) l. 30. in pr. h. t. (e) d. §. si filius (f) l. 29. h. t. (g) l. 21. §. Item filius h. t. (h) Cuiac. in d. §. Item filius. & Inst. de verb. ob. §. sub conditione. (i) d. l. 21. §. filiaf. (k) d. l. 1. §. 1. (l) d. §. 1. in ver. quod si in personam & c. (m) d. 8. 1. (n) d. l. 28. §. si filius Cuiac. in fin. l. 17. h. t. l. 3. ibi Donell. C. h. t.

## VII.

Ceteri paciscuntur rectè; tum verò solum cum sibi paciscuntur, nam alteri, scilicet extraneo cuius potestati qui non est subiectus nemo paciscitur, (a) filius, autem patri suo pacisci potest, (b) contra pater filio, etiamsi ei postea, heres existat, paciscendo non prodest, neque sibi si nomine eius conueniatur, (c) doli tamen exceptio vtrig, competit, (d) quae non competit etiam, si liberi parentibus in quorum non sunt potestate paciscantur. (e) Quod si verò pater, filio vt heredi paciscatur, proderit filio olim heredi pacti exceptio, (f) quemad-

que ad modum & generaliter quibuscunque heredibus, vel vni ex ijs, ita vt ceteri teneantur, tunc pro suis tantum partibus. (g) Reus quoque fideiussori, & contra fideiussor reo ac fideiussori nominatim pacisci potest. (h)

(a) §. alteri. §. si quis alij. Inst. de inut. stip. l. 38. §. alteri. de verb. obl. l. 73. §. vlt. de reg. iur. l. 17. §. si pactus sim. h. t. (b) d. l. 17. §. fin. cum ll. seqq. d. §. si quis alij. l. 59. h. t. (c) d. l. 21. §. nos autem. d. l. 17. §. hæc Iulianus scribit. (d) d. l. 21. §. Iulianus. ibi Cuius. (e) Cuius. ad d. l. 21. §. nos autem. (f) l. 33. h. t. l. 10. De pact. dot. (g) arg. d. l. 33. & d. l. 10. l. 40. §. fin. h. t. Cuius. in d. l. 33. cōtra gl. ibid. & in l. 56. de verb. oblig. (h) d. l. 27. §. si cum reo. Borcholt h. t. cap. 4.

### VIII.

Sequitur alia visio de quibus rebus pacisci liceat: ac traditum est, de rebus priuatis tantum priuatis pacisci licere, non etiam publicis, (a) vt tamen qui prodiderit semel publicam causam postea repellatur, (b) publicis tamen personis concessum esse, (c) net de priuatis, si id aduersus leges, (d) aut bonos mores sit, (e) aliàs etiam de rebus alienis pactum quoad contrahentes solum valet, (f) & tam de iure mihi quandoque competituro, (g) quam nunc competente. (h)

(a) l. 7. §. si paciscar in fin. l. 27. §. & in summa. h. t. l. pen. C. h. t. (b) Cuius. in d. §. si paciscar contra gl. ibid. (c) l. 5. & ibi Duar. h. t. (d) d. l. 7. §. ait prætor l. 28. l. 38. h. tit. l. 6. C. cod. (e) eleganter Donell. in d. l. 6. l. 4. C. de inut. stip. l. 1. §. illud non probabis. de pos. l. 14. §. 1. sol. matr. l. 26. ibi Cuius. de verb. obl. l. vlt. C. h. t. (f) arg. l. 42. & l. 52. §. pactum h. t. l. 25. C. cod. cum concordantibus (g) l. 1. & ibi Donell. l. 16. C. h. t. l. 11. C. de transact. l. 46. d. l. 21. §. Item filius. ibi Cuius. h. t. Cottal. in d. l. 21. frustra inter renunciationem. & pactum distinguit.

### IX.

Pactum contra leges est quo quis aut futura successioni renunciat, (a) aut de ea obtinenda cum testatore paciscitur, (b) quod nec iuramento confirmatur iure ciuili. (c) Diuersum statuit ius Canon. si filia dote accepta interposito iuramento patris hereditati renunciat, (d) quod & in altera specie obtinere cōtra Borcholt, & quos ipse citat reor. (e) Quare & contra leges pactum est, vt qui superuixerit alterius rebus potiatur. (f) Inter milites tamen ad prælium pergentes id ex priuilegio testamenti vim habet. (g) Idemque vt inter coniuges obtineat vsus fecit. (h)

(a) l. 3. C. de colla. l. vlt. de suis & leg. de his omnibus Borcholt h. t. cap. 5. nu. 60. in fin. & seqq. (b) l. 15. C. h. t. ibi Donellus l. 5. C. de pactis con. l. 34. C. de transact. l. 61. de ver. ob. (c) l. 5. in fin. C. de legib. d. l. 7. §. & generaliter. h. t. l. 112. §. vlt. de lega. 1. gl. in l. si quando 35. §. illud ver. grauaci. C. de inoff. testa. (d) c. quamuis h. t. in 6. (e) contra Borcholt d. cap. 5. n. 66. cum Couarr. in d. c. quamuis in initio relect. 3. par. nu. 2. fol. mihi. 145. tom. 1. (f) l. licet 19. C. h. t. l. 4. C. de inut. stip. (g) d. l. 19. Inst. de militari test. §. 1. & ff. ac C. cod. (h) Borcholt d. cap. 5. num. 70. Cuius. 16. obser. cap. 39. & ad l. 26. de verb. oblig. vbi de hoc pactio num genere tractat.

### X.

Ex hoc genere est ne liceat ob res coniugi donatas agere, (a) ne liceat diuerti, (b) ne heres post mortem suam vratur falcidia, (c) etiam nouissimo iure, quo testator falcidiam testamento prohibere potest, (d) contra Cuius. (e) cum Borcholt. (f)

(a) l. 5. §. 1. de pact. dot. (b) l. 2. C. de inut. stip. l. 19. & ibi Cuius. de verb. obl. (c) l. 75. §. 1. ad l. falc. post mortem legatarius cum herede pacisci potest l. vlt. C. ad l. falc. Cuius. in Nou. 1. (d) d. Nou.

(d) d. Nou. i. (e) in l. pactum 46. h. t. (f) d. cap. 5. num. 83.

### XI.

Contra bonos mores est, si ob maleficium patrandum, vel non patrandum actio remittatur pacto, (a) licet posteriori casu Duar. (b) arbitretur pactum valere, male. (c) Item ne de dolo nondum commissio, (d) (non de lata culpa, (e) praterquam in contractu dotali,) (f) aut ne de furto alioue delicto necdum perpetrato ne agatur. (g) Eandem naturam habet pactum de hereditate viuentis, (h) & quod est de quota litis participanda. (i) Item si conueniat inter coniuges ne quatenus possunt, sed in solidum conueniantur, (k) quod ad omnes producitur, qui fauore persona in quantum facere possunt conueniuntur, in illis quibus iure contractus hoc datum est, hoc pactum valet. (l) Vicissim autem ut qui in solidum tenebatur, conueniatur quatenus facere potest pacisci nihil impedit. (m)

(a) d. l. 7. §. ob maleficium. h. t. l. 26. & seq. de verb. ob. l. ult. de cond. ob. tur. cau. (b) cap. 4. nu. 3 h. t. (c) V. V. ff. h. t. nu. 6. in fin. (d) d. l. 27. §. illud h. t. l. 17. in pr. Commo. l. 23. ibi Faber de reg. iur. l. 1. §. illud non probabis. Depo. (e) l. 5. §. Interdum Commo. d. l. 23. Ias. in d. l. 27. §. illud (f) l. 6. De pact. dot. Costal. in d. l. 27. §. pactus ne peteret in fin. (g) d. l. 27. §. pacta ibi Cuias. h. t. (h) l. ult. C. h. t. ibi Donell. Cuiac. d. l. 26. in fin. de verb. ob. id nec iuramento firmatur. Couuarr. d. lo. (i) l. 53. h. t. l. 7. in fin. Mand. l. 7. C. de postul. l. 15. C. de procur. l. 20. C. mandati l. 1. §. si cui cautum. De var. & extr. Cuias. 8. obs. 31. Borcholt d. cap. 5. num. 85. (k) l. 14. §. 1. Sol. marr. (l) in l. 49. h. t. (m) d. l. 49.

### XII.

Horum si nihil obstat dicendum est pactum valere, (a) abesse tamen tamen prator vult dolum (b) non solum initio, sed & postea. (c) Vnde in generalem conuentionem non veniunt ea, quae ab vno paciscentium dolo suppressa sunt: (d) quae sub praetextu specierum postea repertarum, quas non apud alium existentes errore eius putauerint esse, nihilo magis rescinditur. (e)

(a) est enim de genere permissorum V. V. ff. h. t. num. 5. (b) d. l. 7. §. ait prator. l. 19. C. de transact. (c) d. l. 7. §. siue autem ibi Cuias. h. t. (d) l. 35. h. t. (e) l. 29. C. de transact. Cuias. in d. l. 35.

### XIII.

Porro quam late pateat pactorum vis nunc ponamus. Notum est conuentionem in alia re, aut cum alia persona, in alia re, aliue persona non nocere, (a) veruntamen quod ad personas, obseruandum, In rem pacta omnibus ijs prodesse, quorum obligationem dissolutam esse eius qui paciscitur interest, (b) cum nec sibi proffit, nisi sua intersit. (c)

(a) d. l. 27. §. pacta. in ver. ante omnia. (b) d. l. 21. in fin. (c) l. 56. ibi Cuias. h. t. Borcholt. d. cap. 5. num. 53.

### XIV.

Sequitur ergo pactum rei fideiussori prodesse, (a) nisi donandi animo intercesserit, (b) vel ita conuenit a reo ne peteretur, a fideiussore ut peti possit, (c) quod hodie vix est ut obtineat, (d) fideiussoris pactio nec reo, nec cofideiussoribus prodest, (e) nisi fideiusserit in rem suam, (f) aut etiam si actum sit ut ijs prodesset, doli exceptio subsidio est. (g) vnius quoque ex argentarijs, vel reis promittendi socijs pactum alteri prodest: (h) at contra vnius ex-

argen-

argentarijs, vel reis stipulandi pactum alteri non nocet, siue socij sint, siue non, (i) filij quoque ac serui pactum patri ac domino prodest (k) & regulariter, quibus à quibus cunctis stipulatio facta prodest, ijs & pactum. (l)

(a) d. l. 21. in fin. l. 32. h. t. (b) d. l. 32. (c) l. 22. h. t. (d) Cuiac. in fin. d. l. 21. nam fideiussor ante reum excussum hodie non conuenitur. Nou. 4. cap. 1. (e) l. 23. h. t. (f) l. 24. h. t. (g) l. 25. in fin. cum ll. seqq. h. t. (h) d. l. 25. in pr. l. 9. §. pen. de duob. reis. Cuiac. ad d. l. 23. in fin. h. t. (i) d. l. 27. in princ. & ibi Cuiac. (k) d. l. 31. §. 1. ver. etsi in rem l. 3. C. h. t. Inst. per quas pers. cuiq; acq. (c) l. 59. h. t.

#### XV.

Plerumque ex pacto non pacti, sed doli exceptio datur, (a) ut: Si procurator omnium rerum vel cui id specialiter mandatum est, (b) aut si tutor, curator, magister societatis paciscatur, istorum enim pacta & profunt & nocent dominis, pupillis, ijs qui in curatione sunt, societati, modo nihil deminuendi causa fiat, (c) de administratore reip. idem iudicandum (d) Similiter si pactio facta sit cum emptore hereditatis, (e) aut cum domino cuius procurator vendidit. (f) Pactum possidentis hereditatem, heredi vero neque nocet, neque prodest. (g)

(a) l. 10. in fin. h. t. (b) d. l. 19. in fin. cum ll. seqq. l. 17. §. ult. de iureiur. (c) l. 14. & seq. d. l. 28. §. si curator h. t. l. 22. ibi Donell. C. h. t. l. 60. de procur. l. 46. in fin. de adm. tut. Cuiac. ad fin. l. 10. h. t. & Inst. de rer. diuis. in fine tituli. (d) l. 12. ibi Donell. C. de transact. Cuiac. ad d. l. 14. l. 37. & ibi Cuiac. h. t. Costal. ad d. l. 14. vbi non rectè de procuratore priuatorum sentit (e) l. 16. ibi Cuiac. h. t. (f) d. l. 16. §. 1. (g) d. l. 17. §. cum possessor, ibi Cuiac.

#### XVI.

Pactum maioris partis creditorum hereditariorum presentium nocet presenti creditori & dissentienti. Item absenti licet priuilegiario, (a) non hypothecas aut personas accessorias obligatas habenti. (b) Contingit quoque circa eandem personam, ne pacti sed exceptioni doli locus sit, cum exceptionem, quam conditio personae respuit, aequitas admitti postulat. (c)

(a) d. l. 7. in fin. l. 8. 9. 10. l. 44. h. t. l. 59. in fin. de adm. tut. (b) d. l. 10. in fine pr. l. 58. §. 1. Mand. Borcholt cap. 5. nu. 20. & seqq. (c) d. l. 7. in fin. Cuiac. 22. obs. 3.

#### XVII.

Pactum in personam ad alios non pertinet, nec ad heredes, atque ita à pacto in rem differt, (a) nisi ad emptorem, & donatarium, eorumque heredes, (b) viuo scilicet venditore & donatore, (c) ne tamen hic diuersa sententia sequenda sit dubito. (d)

(a) Cuiac. Duar. & alij in d. l. 7. §. pactorum (b) d. l. 17. §. pactum conunntum, ibi Cuiac. (c) arg. d. l. 23. in pr. (d) Cuiac. 18. obs. 2.

#### XVIII.

Quod ad res attinet dictum est supra, (a) pactum de alia re factum ad aliam non extendi, creditur tamen rectè pactus is, qui cum debitore decem, paciscitur ne viginti petat, & contra. (b) In obligatione alternata si de vna re non petenda conuenerit exceptio nocet omnino. (c) Idem & in generali contra Costalium, (d) nisi utroque casu sit creditoris electio. (e) pactum de tota re factum de omnibus partibus factum censetur, (f) ad tempus factum ultra porrigi non debet. (g)

(a) l. h.



(a) th. 15. (b) d. l. 27. §. si cum decem, ibi Cuius. (c) d. l. 27. §. sed si stipulatus (d) in d. §. si cum decem m, arg. l. 32. §. vlt. de cond. iud. Cuius. in d. l. 27. §. sed si generaliter, (e) d. §. sed si generaliter, arg. l. 11. de ad. leg. (f) d. l. 27. §. Item si pactus, ibi Cuius. (g) d. l. 27. si cum reo, §. temporales. Inst. de except. l. 52. §. vlt. h. t.

## XIX.

Hactenus de vno pactorum effectu, qui datur ex edicto Pratorio, est & alium, quod producant obligationem naturalem, (a) eamque ipso iure tollant, (b) cuius etiam in iure nostro ratio habetur. (c) atque, ut pacta vim etiam habeant, & iure civili obligent, solet iis subijci poena stipulatio, ut vel ex pacto secum agi permittat, (d) & excipi, vel ad poenam agatur, (e) sed si vna via agatur, alia missa facienda est (f)

(a) l. 5. §. Imperator. de solut. (b) l. 95. §. naturalis. de solut. l. 40. §. vlt. adhibita l. 26. §. libertus. de cond. iud. Cuius. ad l. 1. in pr. h. t. (c) late Borcholt cap. vlt. nu. 62. (d) l. 5. C. de contrah. stip. (e) l. 10. §. si pacto, ibi Costal. h. t. d. l. 5. (f) d. §. si pacto. l. 12. §. si mulier de pact. dot. Cuius. ad §. si pacto.

## XX.

Quinimò si in bona fidei contractu in continenti, hoc est dum adhuc negotium geritur, interposita sint, insunt contractui, formant ac quasi partes sunt contractus, daturque non alia ex iis, quam ex ipso contractu actio: (a) atque etiam, si postea fiant de his que sunt de substantia contractus, re integra vel in integrum restituta, contractum bona fidei in partem vel in totum tollunt, & reformant. (b) In stricti iuris contractibus in continenti addita solum ex parte rei insunt. (c)

(a) d. l. 7. §. Quinimò. ibi Cuius. l. 13. ibi Donell. C. h. t. (b) d. l. 7. §. adeo ibi Cuius. l. 58. h. t. l. 72. de cont. em. l. 2. de refer. ven. Cuius. 2. obs. 15. & 14. obs. 18. (c) contra Donellum in d. l. 13. & Hotto. Illustr. quest. 34. Cuius. supra d. lo. & ad Afr. tract. 8. ad l. 24. de preser. ver. & 10. obser. 24. Digladiantur hac de re Robertus I. animad. 27. & Mercator, ac rursus idem Robert. I. not. 27.

## XXI.

Pactum quoque prius posteriori per replicationem eliditur, (a) (quod tamen fideiussori cui prius profuit nihil obest) (b) nisi priori pacto actio planè sublata sit, (c) nam si reformata sit, pristina forma restituitur. (d)

(a) d. l. 27. §. pactus ne peteret, ibi Cuius. h. t. (b) l. vlt. h. t. Cuius. d. lo. (c) d. l. 27. §. sed si pactum ibi Cuius. (d) d. l. 27. §. quod si non l. 47. in pr. h. t. vtrouique Cuius.

## XXII.

In emptione & venditione, locatione conductione, si ex vna parte pacto obligatio dissoluta sit, ex altera quoque dissoluitur, (a) nisi iusta causa sit, propter quam vnus ex contractibus liberetur. (b)

(a) l. 5. de resc. vend. l. vlt. de accept. (b) l. 56. h. t.

## XXIII.

Cognatio, item & agnatio pacto non mutatur, (a) similiter nec vllius rei dominium, (b) sicut etiam olim pacto effici non potuit, ut mihi non liceat locum meum alienare, vel in eo monumentum extruere, aut alio modo iuri humano eximere, (c) id quod hodie pacto contractui addito fieri posse decidit Imp. (d) sed non eò minus si contra fiat valet contractus, (e) tamum agitur ad id quod interest. (f)

(a) l. 34.

(a) l. 34. h. t. ibi Cuiac. fac. l. 8. de reg. iur. (b) d. l. 34. vbi Cuiac. & l. 20. C. h. t. (c) l. pen. h. tit. (d) l. vlt. C. de pact. inter em. (e) excepto casu l. 7. §. vlt. de distr. pig. (f) Cuiac. ad l. 122 §. coheredes. de verb. obl.

#### XXIV.

Postremo iure Cano. pactum parit actionem vt est communis opinio, idq<sup>2</sup> etiam in foro ciuili seruari volunt, (a) quod dubio non caret. (b)

(a) VVes. hic nu 10. Costal. in d. l. 7. h. t. Couarr. 2. part. relect. §. 4. nu. 14. fol. mihi 143. to. 1. c. 1 & 3. h. t. gl. in d. c. 1. (b) Couarr. d. loco. nu. 13.

#### XXV.

Omniò quod ad formam pactorum nihil interest interuenerit scriptura, an non, (a) nec que verba sint adhibita; cum & per interrogationem ac respponionem fieri possint, si vt pacti discedamus, (b) in dubio namq<sup>2</sup> pro stipulatione accipitur, (c) quin & sine verbis pactum erit, si ex eo quod geritur aperte, alterius rei de qua nihil aperte cautum est voluntas & consensus elici possit, (d) eius rei multa in iure sunt exempla, (e) vnum ego contra DD. (f) pono, debitori si pignus reiditum sit, ius pignoris videri remissum. (g)

(a) l. 17. C. h. t. (b) d. l. 7. §. quod ferè, ibi Cuiac. (c) Cuiac. Duar. Costal. in d. §. Quod ferè Borcholt cap. 6. nu. 1. & 2. (d) arg. l. 32. de legib. Donellus in l. 2. C. h. t. (e) l. 2. ibi Cuiac. l. 3. & feqq. h. t. Donell. d. lo. Borcholt cap. 2. in prima diuis. (f) Costal. in d. l. 2. h. t. (g) Cuiac. doctissimè ad fin. d. l. 2.

#### XXVI.

Ad interpretationem pertinet quod dicitur: generali pactione non contineri ea de quibus non est actum, (a) & pactum obscurum atq<sup>2</sup> ambiguum venditori, & ei qui locauit nocere in quorum fuit potestate legem apertius dicere. (b)

(a) l. 47. §. 1. h. t. l. 31. ibi Donell. C. de transact. l. 34. de regul. iur. Petr. Faber in l. 9. cod. tit. (b) l. 39. h. t. l. 21. l. 33. in fin. l. 34. de contr. em. l. 172. de reg. iur. Faber in l. 67. cod. tit. Cuiac. l. 1. obf. 10. & 23. cap. 31. & 9. cap. 37. circa medium. Borcholt cap. 3. nu. 55. Duar. cap. 6. in fin. h. t. contra VVesens ff. h. t. circa fin. Costal. in d. l. 39.

### AUCTARIUM.

**E**Adem est vis iure ciuili pacti & iuramenti, quoad constituendam & tollendam obligationem. (a) Item pacti simplicis, ac geminati vel iuramento confirmati. (b)

(a) Contra Couarr. 1. par. rel. §. 2. num. 3. fol. mihi 119. to. 1. (b) contra Costal. in d. l. 7. h. t. & l. 1. de const. pec. & Couarr. 2. par. §. relect. §. 4. num. 15. ver. quinto fol. mihi 143. tom. cum Cuiacio 22. obf. 7.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





29

# THESES DE PACTIS

QVAS DEO FAVENTE AVCTORITA-  
TE ET PRVDENTIA, CLARISS. AC CONSVLTISS.  
viorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Io-  
annis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent. Di-  
ctatoris & Fisci, in celeberrimo Acade-  
miæ Colonienfis publico iu-  
ris Collegio disputan-  
das proponit.

*7. Idus Februarias. Anno à nato Do-  
mino CIO. IO. LXXXXI.*

**PETRVS LINDEN**  
VENLONENSIS.



COLONIAE AGRIPPINAE      H  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

8

